

## NON PERFECTAE SED SPECIALES!

Pupae “singulares” pro mundo vario in universo globali  
(Scriptum a Lucia Mattera)



Quis dixit pupas esse debent semper pulcherrimas, visu lepido et formis perfectis?

Quid, si pupae est aliqua menda, quae eam reddat unicam etsi non perfectam?

Nihil mali, immo. Fieri potest comes ludi nisi vitae pro puellis disabilibus, quibus quasi soror vel amica donabit semper aliquem subrisum.

Hoc intentu natae sunt in America praesertim et Italia, pupae cum mendis vel auxilii technologicis instrumentis, quae tamen serbant elegantiam et venustatem puellae “perfectae”:

“Barbarae” (Barbie) peculiare, calvae ob morbum letale, pelle conspersa lentiginum impuritate cum chirurgica prothesi chirurgica vel sella rotata post crurem aegrotum aut amputatum.



Et, cum pupis specie puellae an iuvenis mulieris, pupuli lepidi et teneri et dulces pro infantibus labio leporino et surdibus.

Necnon signis mendae cuiusdam psychologicae et mentalis:



Pupa ficta ut puella syndrome Down affecta

In annis recentioribus exposita est in Crepundiorum Mercatu apud Novum Eboracum prima pupa transsexualis, Jazz nuncupatae.



Pupae ergo ut temporum specula!

Hoc propositu, possunt esse quoque instrumentum ad confirmanda iura:



Pro mulieribus Islamicis, vi consueta vexatis



**Pro puellis Afghanis, quibus vetatur scholam frequentare**

**aut contra mores damnosos efficax cura:**



**Monitum contra nimiam exilitatem, saepe confusam cum perfecta venustate**

**Aliae imitantur -cum intentu educativo- gestus, habitus et varios modos vitae:**



**Ad exemplum, Fulla, quae, ut Islamicae mulieres, hijab (tipycum pallium) induit et Coranum legit.**



**Aut Romeisa, necnon pupae horridae e Musulmanis Germaniae, sine oculis, naso et ore, quod est vetitum in mundo Islamico uti muliebri figuratione.**



**Pupae Africanae sunt formis crassioribus, secundum muliebre paradigma illarum nationum.**

**Secunda, ut mater futura, pupulum gerit in quodam "marsupio".**



**Pessimi gustus, mea sententia, pupa quae imitatur partus eventum.**

**Acta recentia se reverberant in aliis creationibus.**

**Damnatio belli et necis cruentae (ex Ucraina et Russia ipsa)**



**Necnon pupae "voodoo" contra reum Putin**



**Barbara eiusque vir in versione Talebana (imago tamen est solum fictio ad provocationem)**



**Barbara in diebus Covid pandemiae**



**Cum habitu nocturno semper in lecto**



**Dum degit tempus in reti navigando et dulcibus continuo manducando.**



